

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sollempnitas c
cum fonte primo

Dominico die a labore terreno
cessandum est atque omnimodo
orationibus insistendum ut, si quid
negligencie per sex dies agitur, per
diem resurrectionis dominice precibus
expietur.

Gregorius in registro.

Dominicorum uero die a labore terreno
cessandum est atque omnimodo
orationibus insistendum, ut, si quid
neglegentiae per sex dies agitur, per
diem resurrectionis dominicae precibus
expietur.

Gregorius Magnus, *Registrum
epistularum*, 13, 1 (CCSL 140, D.
Norberg ed., p.992, ll.46-49).